

conditiones requiruntur : ut scilicet 1o bellum suscipiatur *ex auctoritate principis* ; 2o sit belli *justa causa*, nempe illi qui impugnantur, seu quibus bellum infertur, propter aliquam *culpam* impugnationem mereantur ; 3o *recta* sit bellantium *intentio*, ita ut nihil per bellum quaeratur nisi bonum promovendum, vel malum vitandum.

**Bellum injustum** est, si *ex justitia* nec suscipiatur nec informetur, quod accidit si vel una desit ex *prae-equisitis* conditionibus.

**Societas religiosa** est hominum associatio ut mutuis auxiliis, facilius et perfectius ea quae sunt religionis adimpleant.

**Libertas conscientiae** est facultas cogitandi et agendi quae magis lubent in iis quae Deum et religionem respiciunt.

**Libertas cultuum** est facultas religionem quae magis arridet quolibet extrinseco cultu profitendi. Intime cum libertate conscientiae connexa est.

**FINIS.**